Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26856
Copyright: Admont, Benediktinerstift



er corpus meum immaculatum ut non confundar.
℣. Biduanis ac triduanis ieiuniis orans comendabat domino quod timebat fiat dne.
Cecilia subtus ad carnem cilicio induta erat desup autem auratis uestib⁹ tegebat⁹. Parentũ enim tanta uis & sponsi amor tantus erga illam erat ut exestuans ei animus ut non posset ardorem sui cordis ostendere & qđ solum xpm diligeret manifeste euidenter apere. ℟. O beata cecilia que duos fratres conuertisti almachiũ iudicem fugasti urbanum episcopum in multitudine angelico demonstrasti. ℣. Cecilia mentis ad uos ut ostendatis michi Vrbanum.
Quid multa? Venit dies in quo thalamus collocat⁹ est & cantantib⁹ organis illa in corde suo soli dño decantabat dicens. fiat cor meum immaculatũ ut non confundar. Et biduanis ac triduanis ieiuniis orans comendabat dño qđ timebat.
℟. Virgo gloriosa semp euangelium xpi gerebat in pectore & nec diebus neq; noctib⁹ uacabat a colloquiis diuinis et oratione. ℣. Cilicio cecilia membra domabat deum gemitibus exorabat. Vt non dieb⁹. Inuitabat cecilia angelos p̃ceb⁹ lacrimis inuocabat apostolos & scã omnia xpi famulantia exhibebat ut suis eam orationib⁹ adiuuarent suã dño pudicitiam commendarent. Et cum hec agerent uenit nox in qua suscepit una cum sponso suo cubilis secreta silentia. ℟. Concupiuit rex. Iesu. H. ã. Domine ihu xpe

seminator casti consilii suscipe seminum fructus quos mecilia seminauit. ã. Beata cecilia dixit ad tyburtium hodie te fateor esse meum cognatum quia amor dei te fecit esse contemptorem ydolorum. ã. Fiat dne cor meum & corpus meum immaculatum ut non confundar. ã. Credidit xpm filium dei uerum dñm esse qui sibi talem elegit famulam. ã. Hos scientes sanctum nomen omnino negare non possum. ã. Tunc valerianus prexit ad amasitem et signo quod acceperat inuenit sem Vrbanum.
Beata cecilia ita alloquit sponsum suum valerianũ. O dulcissime atq; amantissime iuuenis. e mysterium qđ t confitear si mihi iurat asseras.
Iuxta te illud obseruantia custodire iurauit valerian sponsus se illud nulla omnino pandere ratione nulla necessitate detegere. ℟. Cilicio cecilia membra domabat dñm gemitib⁹ exorabat almachum exsuperabat tyburtiũ & valerianum ad coronas uocabat. ℣. Non dieb⁹ neq; noctib⁹ uacabat a colloquiis diuinis & oratione tyburtiũ. Cecilia ait ad valerianum. Angelum dñi habeo amatore qui meo zelo custodit corpus meum. Hec audiuit ieiunium sensit qđ nisi me polluo amore cuiusq; statum circa te suum furorem exagitat & amittis florem tue gratissime iuuentutis. ℟. Cecilia intra cubiculum orantem inuenit